

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium i
cum fonte primo

Quemadmodum si uideas hominem
assidue amicitias medicorum colentem,
ex hoc statim intelligis quia infirmus est;
sic et cum uideas siue uirum siue mulierem
de dimittendis uxoribus aut uiris legem interrogantes,
cognosce quia uir ille lasciuus est
et mulier illa meretrix est.

Crisostomus super eodem uerbo Matthei XIX.: Quos
Deus coniunxit et cetera.

Quemadmodum si uideas hominem
assidue amicitias medicorum colentem,
ex ipsa re statim intelligis, quia infirmus est:
sic et cum uideas siue uirum, siue mulierem
de dimittendis uxoribus aut uiris legem interrogantes,
cognosce quia uir ille lasciuus est,
et mulier illa meretrix est.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in*
Matthaeum, 32 (PG 56, col.799).